RARE BOOK COLLECTION
LIBRARY
UNIVERSITY of
PENNSYLVANIA

16 leaves of MS.

Essling 2146

for Lorenzo Lorio

St. Catherine of Alexandria

Sander 3378

Not in B.M.

4

Speculum Perfectionis
Venet- L Lonii 1524
Bound up are 30 pp.
of contemporary MS.
mostly verse (odes & hymns
glorifying a monastic
life) with 2 minia
tures the one of a
man hanging on
a cross the other a
Death head with
scrolls & flowers

4

T. 96.

Monachus est afflictus & mœres animus: qui iugi mortis memoria siue vigilans, siue obdormiens seipsum semper exercet:

Mundi derelictio est spontaneum odium, abnegatioque naturæ: ex desiderio fruendi eis rebus quæ supra naturam sunt:

Illa vera sanctimonialis ē, quæ ī se imaginē gerit crucifixi, & ē crucifixa carni, mūdo, et diabolo :

Ad Scholasticā.

Cœlesti vt valeas sponso formosa videri,
Compone hic vultus casta puella tuos.
Nō placet huic facies, aut frōs, q̄ effricta pudorē
Perdidit, ora illi mortificatā placent :

Vera sanctimonialis illa est, quę amore coelestis sponsi, sibi ipsi vī faciēs, casti pectoris thalamū ab oī turpi & illicita cogitatione, & os suū diui= nis laudibus cōsecratū ab oī supfluo sermone custodit, atq3 sensus suos rationis disciplina & dei timore cohercēs, extra se vagari nō patit᷑.
Est igitur ī choro deuota, sobria in refectorio, disciplinata & modesta ī oī loco. Abbatissam & prælatos suos sincero & casto amore plus di ligit q̄ timet. nulli se p̄ponit, īmo vero se vi= lissimam reputās aliis se subiicit. Omnib9 se benignā exhibet. Habet ī vbis humilitatē, in visu castitatē, ī opē fidelitatē, ī moribus grauitatē, ī oibus factis suis discretionez. Est infra se in sui cōsideratione, intra se in oratione, supra se in quieta cōtemplatiōe, nūq̄ extra se in cordis vagatione.
Monachæ septē conueniūt. Psallere, legere, meditari, frequenter orare, sua & aliena pec= cata deflere, celestia & diuina contēplari & operibus manuū honestis ac licitis vacare.

¶ Vera monialis nūq̄ sit ociosa, sed ignauia
et quiete carēs, voluptatē fugiēs, negligēs
cōmodi, pudēs ludi ac ioci, impatiens
dignitatis, cōtemptrix honoris, appetēs
despectionis, desiderās laboris. Sit paup̄
in substantia, diues ī cōscientia, hu-
milis ad merita, sup̄ba ad vicia, man-
sueta ad virtutes, irata ad peccata, velox
ad bonū, lenta, imo vero īmobilis ad
malū, larga & liberalis ad proximuz,
parca ad seipsam, & dulcis ad inimicū.

¶ Vera monacha strenua ē et forti ī omni
tētatione, obidiēs & subiecta sine simu-
latione, Nihil habeat p̄p̄ium ī abscōdito,
Deū amet sup̄ oīa tota mētis ītentione,
& p̄ximū suū sicut seipz sine fictiōe, casta &
cōtinēs ab oī pollutiōe, hūilis et benigna ī oī opa-
tione, verax et circūspecta ī oī locutiōe, simplex
vt colūba in omni sua debet esse cōuersatione.

Memorare nouissima tua & in ęternũ nõ peccabis

Si extremis ĩspicies mortis turbata figura

Quid facies cũ te falx truculenta trahet ?

Incolumẽ poteris florẽ seruare pudoris
Si speculũ fuerit mortis imago tuũ.
Nam vitiũ si vis virgo vitare, supremã
Pectore solicito sępe reuolue diem :~

Morte veniẽte nemo libenter accipit nisi qui se ad illam dũ viueret bonis operibus præparauit

De cōtēptu mortis et mortificatione pro-
priæ volūtatis Carmē Dionysii.

NAscentes morimur, primaq3 ab origine, nostra
Semp in īteritū vita caduca fluit.
Vita caduca fluit, secūq3 volubile tempus
Hac natos homines conditione trahit.
Inq3 dies aliqua infelicis portio vitæ
Demitur, & sensim viuere desinimus.
Cum nequeas igitur mortē vitare timendo
Naturę legē quid moriture times?
Quid moriture times mortē? nū gratior esse
Optatus finis q̄ via longa solet?
Lōga dies homini longa ē via plena laboris,
An cupis īmensuz carpere fessus iter?
Sed tremis īspecta turbatus imagine mortis,
Et metuis ne te falx truculenta trahat.
Desipis īprudēs, vanū depone timorē,

Atq3 necis studeas ãticipare vices.
Disce mori mundo, valeas vt viuere Christo,
Vt valeas Christo viuere disce mori.
Claustra quieta subi, hãc arte te claustra docebũt,
Vt suescas viuens mortis inire vias.
Mors ꝓtiosa deo propria est cũ cæsa volũtas,
Et Christi in puro pectore viuit amor.
Sic poteris tutus trãquillã ducere vitam,
Et lęto extremũ claudere fine diem:

¶ Eiusdem Dionysii de cõtemptu mũdi & amore dei epistola ad Scholasticam deo dicatã sanctimonialez.

Filia coelestis mitto tibi pignus amoris,
Grata igitur patris sint tibi dona tui.
Sint tibi grata tui patris pia munera, quæ te
Vt mundi fugias gaudia vana monent.
Hei mihi, q̃3 stultũ mũdanis fidere rebus,
Delitiis q3 animũ mergere corporeis.
Hæc igitur tibi sint moderandæ formula vitæ
Scala q3 qua ĩ coelũ scandere nixa queas.
Sĩt speculũ, ĩternos ad quod cõponere vultus

Nitere; ut ornata mẽte deo placeas.
Hic tibi præcipuus labor, hęc tibi maxima cura
Ne casta ĩficiat pectora turpis amor.
Turpis amor rutilos docet exornare capillos,
Et roseo niueas pingere rore genas.
Cõspicuæ uestis deuerrere syrmate campũ,
Et niueos rara tela amicire sinus.
Dũq; cute nitidã uisu penetrabilis ãbit
Fascia, fit mulier dæmonis esca mali.
Nutibus hĩc blandis iuuenũ præuertere sensus
Docta est, et molli uoce ligare procos.
Sed quæ spõsa dei est, carnis mũdiq; fauores
Respuit, & gemitus gaudia magna putat.
Sola igitur Christi ĩ thalamo meditat' amorẽ
Qui ĩsontẽ fecit vulnera tãta pati.
Hæc secũ uoluẽs nimio liquefacta dolore
Ingemit, & dulces soluit' in lachrymas.
Casta ꝑ ora fluũt guttę, queis nulla suauis
Virgineis uotis res magis esse queat.
Rore fluẽte sinus & corda rigata madescũt,
Quo pius ĩ sacro pectore crescit amor.

Inde etiã puri lachrymis roratibus hortũ
Pectoris, accrescũt lilia mixta rosis.
Illa pudicitiã signãt, rosa pulchra pudorẽ
Virgineũ, qui te virgo pudica decet.
Insup & violis et purpureis amaranthis
Virtutũ et vario mẽs pia flore nitet.
Hortulus est Christi afflatꝰ spirãtibꝰ austris,
Vnde arabũ manãt suauis odoris opes.
Nardus odoratos & aromata grata vapores
Dãt, foliis dũ se mobilis aura ciet.
Spõsus odore pio specieqꝫ illectus, amantem
Visitat, e coelo grandia dona ferẽs.
Q̃ue puro accipiẽs veniente pectore, felix
Ore refert ~~refert~~ grato cantica lęta sion.
Magnificat dñꝫ ꝙ hyems trãsiuit et imber,
Iamqꝫ fauẽt votis tempora verna suis.
Casta gemit turtur, florens dat vitis odorẽ
Floribus & variis gramina cũcta nitẽt.
Ergo has delicias, hæc gaudia vera frequẽter
Sentit, quæ mundi gaudia falsa fugit.

Pignora casta capit vitę cęlestis et arram,
Donec perpetuis est fruitura bonis.
Auribus ergo meas o filia pcipe voces,
Et videas quæ te verba paterna monet.
Immemor ipa dom⁹ sis, īmemor atq3 parētu3,
Solius et Christi sit tibi dulcis amor.
Vt valeas motus Veneris cohibere furentes,
Et carnis sensus mortificare vagos.
In cruce fixa mane, crucis āplexare dolores,
Christo cōformis ī cruce disce mori.
Filia disce mori, ī cęlo si viuere gaudes,
Si cupis ī cœlo viuere, disce mori.
Mortua sint mūdo virgo tua mēbra, sacrisq3
Vita sit ī Christi condita vulnerib⁹.
Hæc meditare freques, ī his tibi sola voluptas,
Hic vitę auxiliū præsidiūq3 tuæ.
Crux tibi sit speculū, speculū tibi vulnera, mores
Ad quod componas filia chara tuos.
Ipse tuū cupiet Christ⁹ speciosa decorē,
O, nimiū felix, gratia qta tibi est!

Sponsa eris æterni regis sũmique parentis
Filia, q̃ felix, gratia quanta tibi.
Gratia quãta tibi, cũ terq; quaterq; beatã
Te angelicis iunget paruula cella choris. nota de c
Cellula parua tuis optata silentia votis le laudi
Suggeret, & magni munera magna dei.
Hic deus ĩmensa mentẽ dulcedine pascet,
Deliciis implens viscera casta nouis.
Quã iuuat hic ~~igitur~~ spõsi dulces audire loquelas,
Et quę nõ liceat verba stupenda loqui.
Quàm iuuat & lachrymis eius perfundere sacros
Et rutilo madidos tergere crine pedes.
Q̃ dolor vtilis est, fletus gemitusq; salubres,
Quos trahit ex imo pectore multus amor.
Multus amor pariterq; fides saluauit amãtẽ,
Cui dat pro lachrymis debita multa deus.
Hos bene culta tibi rores infundet amoris,
Cellula, quos referas munera grata deo.
Si cupis ergo dei donũ gustare, simulque
Si velis ad celsi regna volare poli,

Siq; ad cor, Christi secreta audire loquētis
Verba, fuge impuros casta puella ꝓcos.
Inspirāt tacitū dulci sermone venenum,
Atq; ferūt queis te vīcula dura ligent.
Sꝑne voluptates falsiq; tenacia mundi
Gaudia, nec vestis syrmata lōga trahe. +
Nō caput exornes tenui velamine, ne te
In baratrū inferni fœdera rupta trahāt.
Fœdera cū xp̄o pepigisti, pacta frequēter
Volue aio, & retro ne tueare caue.
Apta putas fueris cœlo si incauta retrorsū
Aspicis, et vultū vertis aratra tenēs?
Nō potes huic mūdo suire Scholastica, si vis
Cęlesti spōso rite placere tuo.
Si cupis ergo dei donū gustare, memēto
Virtutē vt teneas nominis ipsa tui.
Nā schola sancta tibi nomē dedit, vnde cauēdū e
Ne hic leuibus nugis tempus inane teras.
Hic studeas mūdi contēptis sedula rebus
Mente pia & toto pectore amare deū.

+ Syrmata longa pedes inuoluūt, vnde frequēter
Decidit in fœdū vana puella lutū.

Sedulo amare deũ secreta silentia cellæ
Sola docet, sola hęc ocia tuta dabunt.
Extra hãc nõ poteris placidã repire quietẽ,
Vndiq3 sed miserã prælia acerba p̄met.
Sola igitur monachis præstat sua cellula pacẽ
Solla illis rectã monstrat ad astra viaʒ.
Mõstrat & in cœlũ scalã, qua ĩnixa valebis
Scandere, et angelicos læta videre choros
Scala crucis lignũ, quo dulcis Christus Iesus
Crimine pro nostro funera dira tulit.
In qua dũ madidis illũ specularis ocellis,
Et tacito puras fundis ~~fundis~~ ab ore p̃ces,
Dũ lachrymosa volãt alto suspiria cœlo,
Et rigida tundis pectora casta manu,
His lachrymis precibꝰ q3 piũ pia filia patrẽ
Misce precor, patris sis memor vsq3 tui.
Nil nisi flere iuuat miseræ, quẽ culpa remordet
Criminis, heu, miseræ nil nisi flere iuuat.
Sed mihi pumiceũ cor, pumiceæ q3 medullæ,
Arida nec lachrymas reddere vena potest.

Quis dabit ex oculis fōtem manare pēnez,
 Vt scelera effusis fletib9 inde lauem:
Exora vt lapidē cordis mihi rūpat IESVS,
 Viscera vt ī latices mollificata fluant.
Iā velox aquilo cedat venientibus austris,
 Vt siccum glacies cor resoluta riget.
Sic potero optatā felix sperare salutem,
 Vulnera si medico fonte lauare licet.
Hoc desyderio lāguēs mihi pectus anhelat,
 Duz mea flere queā facta meosq dies.
Ille beatus erit qui hic luget, nā breuib9 qui
 Seminat in lachrymis, gaudia lōga metet.

Eiusdē Dionysii ad eandez ep̄la q̄ illaz
hortat ad abnegationē propriē volūtatꝭ.

Si cupis īnumeras mūdi pia filia fraudes
 Et sathanæ varios fallere cauta dolos.
Siqz rebellātis blādos supare tumultus
 Carnis, et ætatē ducere casta velis.
Ægypti fugias cœnosas virgo paludes,
 Et mōtez sanctæ relligionis ama.

g

Hic poteris felix tuta traducere vitā,
Si studeas pura mente placere deo.
Cuius si cupias altū supare cacumen,
Vince voluntatē filia chara tuam.
Vince volūtatē ppriā, tua neq3 volutas
Te retinet vinclis nō supata suis.
Sēp ī insidiis mille īpedimenta parabit,
Libera ne mōtis scādere summa queas.
Bellua multoꝝ est capitū, q instructa malignis
Artibus, īcautos insidiosa capit.
Nūc tibi proponit vani fallacia mundi,
Gaudia, nūc molles corporis illecebras.
Nūc cōpti capitis speciē, cutis atq3 nitorē,
Nūc variū vestis luxuriantis opus.
Semp & aduersus Christū fera pessima bellū
Concitat, & quæ sunt huic īimica petit.
Quæ vero semel est Christi vestita, fauores
Mūdi et quæ carni sūt placitura fugit.
Sola animæ reputās vera ornamēta, pudorē
Nititur & mūdo corde placere deo.

Ergo volutatē motus eius q3 rebelles
Comprime, ne laqueis te liget ipsā suis.
Impia crudeli cū dæmone foedera iūxit,
Qua sine nulla queūt arma nocere tibi.
Vnde ferā totis istā si virib9 vnam
Straueris, antiquus debilis hostis erit.
Hāc igit cohibe frenis, nisi nomē inane
Et velū sanctæ virginitatis habes.
Nō meruit monachę nomē, cui dura volūtas
Et proprius miseræ prædominat amor.

Ad antoniū Roricu3 discipulū ut Christi suaue iugum accipiat. Diony.

Quid dubitas Rorice pio submittere Christi
Colla iugo? ambiguas rūpe Rorice moras.
Christ9 ab excelso veniēs descendit olympo,
Pro te dignatus vīcula dira pati.
Vīcula dira pati, propria te morte profūdis
Absorptū baratri faucibus eripuit.
Quare igitur blādo metuis submittere Christi
Colla iugo? longas rūpe Rorince moras.

Hymnus i laudē diuę Katherinę ad vesp. et m

Festa lux mundo rutilās coruscat
Qua dei virgo catherina cœlum
Scandit, optatos referens subacto
Hoste tryumphos.

Candidū Christo teneris sub ānis
Corporis florē nitidæ que fructus
Vouerat mentis simul & pudici
Cordis amorem.

Vnde cœlesti rapiente flatu
Acta, fallacis peritura mundi
Dona cōtempsit, genus & supremi
Culmē honoris.

Spreuit & lætam speciem venusti
Oris, & Christo sociata castis
Nexibus, carnis stimulos virili
Mente repressit.

Quin & inuictā studuit prophanus
Hostis a coelo reuocare mente,
Cessit at nullis precibus minisq́z
Inclyta martyr.
Vnde nec vultus timuit minaces
Regis infensi, gladios rotasque
Vicit, hinc virgo duplicem recepit
Cæsa coronam. Laudibꝫ

Ad laudes. Diua virtutū meritis opacas
Vicit ægypti tenebras reuectum
Vt iubar solis superat corusca
Lampade nocte.
Cui parentātes meritas beati
Angeli Christo cecinere laudes
Et Syna in sancto posuere sanctū
Vertice corpus.

Ergo nuc nostræ memores salutis
Martyrem puris animis rogemus,
Vt piis nostro precibus repellat
Corde tenebras.

Robur ĩuictumq; animi vigorem
Præstet, vt nulla sathan irruentis
Arte vĩcamur, domitumq; nobis
Sternere donet.

Præstet & vani renuisse fastus
Orbis, & blandos supare carnis
Impetus, castã vt mereamur inde
Ducere vitam.

Laudibus patrẽ celebremus almũ,
Eius & prolem pariterq; sanctum
Spiritu3, qui nos recreans supernis
Dotibus ornet. Amẽ:

Ad Scholasticā discipulā
De aduentu Christi ad animam
siue de spirituali cōnubio hēdec. Dio.

Christi sponsa pio flagrās amore
Quę cœlo niueū integella florem
Casti corporis integræq3 fructus
Mentis sub teneris dicauit annis
Lasciuas fugit īpias procaces
Quas fœdis petulās libido vinclis
Et fallax amor implicat puellas.
Sola est in thalamis, vbi libellos
Euoluēs studiosius, refulgens
Ad legis speculū sacræ, decenter
Detersis maculis genas & ora
Componit, vigilantibus que ocellis
Cœlestē manet anxie maritū.
Huc vnū cupit, huc decora secum

Scripturæ spacias sacræ in viretis
Quærit solicite, quòd ille densis
Illic sit solitus latere in vmbris.
Qui sponsæ vt studiū probet fideq;
Et desideriū excitet, cupitos
Vultus subtrahit, hæc sui doloris
Pro solatiolo, suaue olentes
Et pictos vario colore flores
Carpit, queis agili manu nitentes
Dilecti in reditum serit corollas.
Diuinis etiā sedens in hortis
Dulce e fonte sacro bibit liquorem,
Qui castis refluit subinde ocellis
Dum sponsi ad numerū sonante neruo
Et leni modulatur ore laudes.
Nam blandis teneros tenella amores

Irritás modulis, leues sup̄ne
Delapsás volucri gradu sagittas
Excipit, rapidosq; amoris ignes
Persentit, tacito in sinu latentes.
Hinc languēs miseras gemit querelas,
Hin suspiria lassula, hin frequētes
Erūpunt lachrymæ, quibus benignū
Cit blande in thalamos benigna IESVM.
Cuius nō patiens moras, molesto
& longo tenues doloré vultus
In cœlum erigit, & manu frequenter
Plangit languidulū misella pectus.
Iam vires adimit dolorq; amorque
Et cæca tacité estuanté flamma
Sensim liquitur vt gelu ad tepentes
Absumi radios solet micātis

Solis, Quod studiũ fidele amoris
IESVS placide intuẽs probansque,
Et moestos miseras piosqꝫ questus
Secrete roseo serenus ore
Sponsæ illabitur, et graues repente
Pellit tristitias, nouãque vultu
Spirat lætitiã velut procellis
Propulsis hyemis leues fauoni
Turbati faciẽ aeris serenant.
Cordis dehinc ~~at~~ humiles amas recessus
Sponsæ se in placidos sinus recondit.
Amplexuqꝫ fouet sacro, Cui illa
Arridẽs nitidis cupita labris
Sumit oscula, blandulosqꝫ amoris
Dum aure percipit et refert susurros
Paulatĩ in tenuem soluta somnum

Obdormit placide. Opium soporem.
O certe vigilẽ nimis quietem.
In somnis celeres beata mentis
Attollens oculos, videt supernas
Admirando acies, stupendaq; audit
Quæ nulli liceat referre verba:

Animæ diuino amore lãguẽtis dep̃cat ·D·

Lympharũ ut vitreos sitit liquores
Ceruus, quem nimius calor perurit,
Sic blandos cupio tuos IESV
Vultus aspicere, & sacris labellis
Castas imprimere osculationes.
Quare o sponse meus tibi pudicas
Effundo lachrymas pudici amoris,
Testes, & gemitus trahẽs anhelos
Eheu delicias meas requiro.
Eremi incola solitudinisque
Vmbrarũ virides peto recessus.
Hic quærẽs animi leuare curas

Pro solatiolo mei doloris
Assumo cytharā ciensq; plectrum
Cantu solicito pios amores.
Responsant volucres meis camoenis
Illectæ, & querulis strepūt susurris,
Queis mulcent animi graueis dolores.
Ah desideriū latens medullis.
Vim nouam patior furentis æstus,
Quo languēs animus liquescit igne.
Dein castum nitido & pio liquore
Os pectusq́ue madet, tument ocelli.
O dulcis placidos amoris imbres.
Quid vultus retrahis sacros IESV?
Num sponsæ renuis tuæ querelas,
Quæ te deperit impotente amore?
Pectus languidulum tibi ecce anhelat.
In me splendidulos reflecte ocellos,
Et mi suauiloqui strepāt susurri.
Vox certe tua blanduliq; ocelli
In risum lachrymas repente vertent:

Itē in eandē sententiā carmē saphicū. D.

CHRISTE quid blandos gemitus amātis
Sponsæ & affectus teneros repellis,
Spernis et dudū cruciata dulci
Pectora voto?

Anxiū pectus validos amoris
Sentiens æstus penitus furentes
Languet, ac sensim velut igne flaua
Cæra liquescit.

Cernis vt vultus tenues frequēter
Imbre felici madeāt; quod intus
Mollis est imas tacite latentes
Flamma medullas.

Cordis interdū hospitio receptus
Me pio amplexu refoues, sed inter
Oscula elapsus fugiēs recedis
Ocyor euro.

Et diu solam thalamo gementem
Conficis tardo reditu, benigne

Iam redi, afflictā recrea superno
Munere mētem.

Sæpius mundi stimulata rebus
Prosperis, vanos renui fauores,
Vt tibi fido studio dicata
Pectora seruem.

Gaudia & lusus teneros, amicis
Fletibus gaudens, fugio velut dum
Luget amisso viduata turtur
Casta marito.

Interim afflictæ calices süaues
Sūt mihi noctu lachrymæ dieque
Dum tibi carnis merear soluta
Compede iungi.

Ode dicolos tetrastrophos. Dialogus quo homo pius Christi sponsã sponsi sui casto desiderio æstuantem cōsolatur ac monet. D.

Quid fles, & lachrymis te anxia cōficis? homo.
Sponsū pulso hyemis frigore candidi

Et surgente nouo vere fauonii
Cessante refferent tibi.

sp. Absens dulcis amor me excrcruciat meus,
Quē surgente nouo vere fauonij
Si reddent, fuerit nulla beatior
Me, nec iam metuam mori.

ho. CHRistū dulcis amor solicitat tui
Cui tuā casta pii propositi tenax
Conseruato fidem, mundus & hic tibi
Plus iusto placeat caue.

sp. Incorrupta mei propositi tenax
Huic seruabo fidē, flectere nec suis
Orbis me rigidā blanditiis valet,
Quippe optē potius mori.

ho. Sponso istec fuerit grata proteruitas,
Sed tentare sathā mille vafer modis
Nō cessat, venus & viribus īprobi
Vrget fulta Cupidinis.

Sp. Christi freta mei cōsiliis, dolos

Eludam sathanæ, & tela Cupidinis
Spernens, assiduis fletibus obr impiæ
Restinguā veneris faces.

ERgo tristitiā moestula cōprimēs,
Sponsū læta auido pectore sustine
Quē surgēte nouo vere fauonii
Lenes restituent tibi :

Ode dic. tetr. ho.

Hortatur Scholastica neptē paruulam
vt virginitatē deo offerat, admonens
eam ne mali dæmonis suggestionibus,
carnis blanditiis, et mūdi vanitatib9 capiatᵘʳ.

O neptis lepidū deliciū meū
Blandæ sordidulis carnis amoribus
Ne pmitte pudoris
Fœdari hoc roseum decus.

Da Christo niueū neptula corporis
Florē, da nitidæ mentis amabiles
Fructus, grata pudici
Cui sunt munera pectoris.

Huius dulcis amor possideat pium
Pectus, solaq3 iã te sibi vendicet
Blande infusa tenellis
Huius gratia sensibus.
Huius suauis odor te trahat, hũc pio
& toto studio nitere cõsequi,
Hũc ardentis amoris
Inuentũ brachiis tene.
Sed turpis Veneris fletibus obrue
Flãmas, & volucris cæca Cupidinis
Tela obtunde virili
Mente, & continua prece.
Lasciuos iuuenes nutib9 igneas
Qui ĩmittunt teneris cordibus has faces
Ne te Virgo latenter
Vrãt, solicite fuge.
Hos Vitare procos filia te decet,
Cęlestes thalamos si cupis ĩgredi,
Et seruare dicatum
Christo Virgineũ decus.

Accensa rutilo lumine lampade
Obseruare etiã dæmonis improbi
Artes mille nocendi,
Quas ĩ nos vafer exerit.
Sed ne te orbis amor vanaqꝫ gloria
Vincat, sepe crucis sis memor & tui
Sponsi exempla sequuta
Iam mundo ĩcipias mori.
Nec longo tenuem syrmate puluere
Verras, palla pedes longior implicat,
Vanas vnde puellas
In fœdum reiicit lutum.
Sed quæ virgo semel vestibus est sacris
Induta hæc refugit mollia seculi
Ornamenta, studetqꝫ
Vt Christo placeat magis.
Hoc desiderio virginis æstuat
Castũ pectus, amor quod stimulis agit
Orbi vt mortua, soli
Optet viuere iam deo:

himno delamore diuino

IESV summo dilecto & vero lume
Dogni purgato core,
Fame annegare
Nel tuo eterno amore.
Qvando al mio ochio giũge la tua luce,
Allor chiaro cognosco
Ch'ogni altro amore ĩ tenebre cõduce,
Et sempre lassia fosco,
IESV col core ti posco che me allumi,
Tanto che mei costumi,
Siã tuti pieni del tuo pfecto amore.
Si tanto dolce sono da te cercando
Le lachryme & sospiri;
Quãta dolcessa hauero poi ti trouando
Empiendo i mei desiri!
IESV li mei martyri nõ sono grieuj
Ma gaudiosi & lieuj
Sperando fruirte infinito amore.
ALcuna volta essendo humiliata
Dentro ĩ el core ti sento,

n° 4/5
7633
N.C. H3948.5245
62-148

Ms. Codex 1620
~~Ms. Lat. 179~~
62M-25
AK-
H13/51
aeoo
5/
3162x
1962 (A23008) Norris Fd


H. HERP.
SPECT.
PERFECT.
VENET
1524